



Cicero's De fato: introduction to a new critical edition

1. The tradition of *De legibus* (Schmidt 1974)



2. The tradition of *Lucullus* (Malaspina 2018)



3. *Fat. 1: Quod autem in aliis libris feci, qui sunt de natura deorum, itemque in iis, quos de divinatione edidi, ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, quo facilius id a quoque probaretur, quod cuique maxime probabile videretur, id in hac disputatione de fato casus quidam ne facerem impedivit.*

*Fat. 4: Sed quoniam rhetorica mihi vestra sunt nota teque in iis et audivimus saepe et audiemus atque **hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes**, ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo.*

4. *Div. 1, 127: **praeterea cum fato omnia fiant, id quod alio loco ostendetur**, si quis mortalis possit esse qui conligationem causarum omnium perspiciat animo.*

*Div. 2, 19: sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur; **de quo alias**; nunc quod necesse est.*

5. *Att. 12, 12, 2: De Epicuro, ut voles; etsi μεθαρμόσομαι in postremo genus hoc personarum. Incredibile est quam ea quidam requirant. Ad antiquos igitur; ἀνεμέσητον γάρ.*

Att. 13, 13, 2: Nunc autem ἀπορῶ quo me vertam. Volo Dolabellae valde desideranti; non reperio quid, et simul αἰδέομαι Τρῶα, neque, si aliud quid, potero μέμψιν effugere. Aut cessandum igitur aut aliquid excogitandum.

*Att. 13, 19, 3-5: Si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantis, ut a te proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset. Hoc **in antiquis personis** suaviter fit, ut et Heraclides in multis et nos in sex de re publica libris fecimus. Sunt etiam de oratore nostri tres mihi vehementer probati. In eis quoque eae personae sunt ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puero me hic sermo inducitur, ut nullae esse possent partes meae. Quae autem his temporibus scripsi Ἀριστοτέλειον morem habent, in quo ita sermo inducitur ceterorum ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros περὶ Τελῶν ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, Περιπατητικὰ M. Pisoni darem. **Ἄζηλοτύπητον id fore putaram quod omnes illi decesserant.***

6. *Att. 13, 12, 3: Ergo illam Ἀκαδημικὴν, in qua **homines nobiles illi quidem sed nullo modo philologi nimis acute loquuntur**, ad Varronem transferamus. Etenim sunt Antiochia, quae iste valde probat.*

7. *Fat. 3: nec enim, id quod recte existimas, oratoria illa studia deserui, quibus etiam te incendi, quamquam flagrantissimum acceperam;*
Fam. 7, 33, 1-2: Quod Hirtio invideres, nisi eum amares, non erat causa invidendi, nisi forte ipsius eloquentiae magis, quam quod me audiret, invideres. [...] Nam et Cassius tuus et Dolabella noster [...] studiis iisdem tenentur et meis aequissimis utuntur auribus;
Fam. 9, 16, 7: Hirtium ego et Dolabella dicendi discipulos habeo, cenandi magistros, puto enim te audisse [...] illos apud me declamitare, me apud illos cenitare.
8. *Att. 14, 20, 4: Quod Hirtium per me meliorem fieri volunt;*
Att. 15, 1, 2: Primum [...] nihil mihi concedebat, deinde ad summam arbitrum me statuebat non modo huius rei sed totius consulatus sui;
Att. 15, 1, 3 Ego autem perspexi, cum a me [...] proficisceretur Hirtius, omnem eius sensum. Seduxi enim et ad pacem sum cohortatus;
Att. 15, 3, 2: Hirtius tuus est;
Att. 15, 5, 1: A Bruto tabellarius rediit; attulit et ab eo et Cassio. Consilium meum magno opere exquirunt, Brutus quidem utrum de duobus. [...] Cassius vero vehementer orat ac petit ut Hirtium quam optimum faciam. sanum putas? Ὁ γναφεὺς ἄνθρακας.
Att. 6, 1: Cum ad me Brutus noster scripsisset et Cassius, ut Hirtium, qui adhuc bonus fuisset <meliorem facerem, quem neque adhuc bonum fuisset> sciebam, neque eum confidebam fore mea auctoritate meliorem.
9. *Fat. 3-4: Quid ergo? inquit ille, quoniam oratorias exercitationes non tu quidem, ut spero, reliquisti, sed certe philosophiam illis anteposuisti, possumne aliquid audire? [...] Tum Hirtius Gratissimum, inquit, et tuorum omnium simile; nihil enim umquam abnuit meo studio voluntas tua. Sed quoniam rhetorica mihi vestra sunt nota teque in iis et audivimus saepe et audiemus atque hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes, ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo. [...] Ita, inquit, audiam te disputantem, ut ea lego, quae scripsisti.*
10. *Tusc. 1, 7: Hanc enim perfectam philosophiam semper iudicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere; in quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut iam etiam scholas Graecorum more habere auderemus;*

*Ibid.: ponere iubebam, de quo quis audire vellet; ad id aut **sedens aut ambulans** disputabam.*

Tusc. 2, 9: nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum.

*Tusc. 2, 10: Est igitur **ambulantibus** ad hunc modum sermo ille nobis institutus et a tali quodam ductus exordio;*

Tusc. 2, 67: Cras ergo ad clepsydram; sic enim diximus, et tibi hoc video non posse deberi – ita prorsus, et illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore – sic faciemus tuisque optimis studii obsequemur.

11. De O. 3, 80: Sin aliquis exstiterit aliquando, qui Aristotelio more de omnibus rebus in utramque partem possit dicere et in omni causa duas contrarias orationes, praeceptis illius cognitissimis, explicare aut hoc Arcesilae modo et Carneadi contra omne, quod propositum sit, disserat, quique ad eam rationem adiungat hunc [rhetoricum] usum [moremque] exercitationemque dicendi, is sit verus, is perfectus, is solus orator. Nam neque sine forensibus nervis satis vehemens et gravis nec sine varietate doctrinae satis politus et sapiens esse orator potest.

DeO. 3, 129: isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere qua de re quisque vellet audire.

Fin. 2, 1: Primum, inquam, deprecor, ne me tamquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum, quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere umquam probavi. quando enim Socrates, qui parens philosophiae iure dici potest, quicquam tale fecit? eorum erat iste mos qui tum sophistae nominabantur, quorum e numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quaestionem, id est iubere dicere, qua de re quis vellet audire. Audax negotium, dicerem impudens, nisi hoc institutum postea translatum ad philosophos nostros esset.

Fin. 3, 6: Quod si facerem quasi te erudiens, iure reprehenderer. Sed ab eo plurimum absum neque, ut ea cognoscas, quae tibi notissima sunt, ad te mitto, sed quia facillime in nomine tuo adquiesco, et quia te habeo aequissimum eorum studiorum, quae mihi communia tecum sunt, existimatorem et iudicem.

Pl. Grg 447c5: ΚΑΛ. Οὐδὲν οἶον τὸ αὐτὸν ἐρωτᾶν, ὃ Σώκρατες. Καὶ γὰρ αὐτῷ ἐν τοῦτ' ἦν τῆς ἐπιδείξεως· ἐκέλευε γοῦν νυνδὴ ἐρωτᾶν ὅτι τις βούλοιο τῶν ἐνδον ὄντων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. – ΣΩ. Ἡ καλῶς λέγεις. ὃ Χαιρεφῶν, ἐροῦ αὐτόν.

12. *Fat. 4: Sed ita audies, ut Romanum hominem, ut timide ingredientem ad hoc genus disputandi, ut longo intervallo haec studia repetentem.*

13. *Tusc. 1, 16-17: Non postulo id quidem, aveo tamen audire. Ut enim non efficias quod vis, tamen, mors ut malum non sit, efficies. Sed nihil te interpellabo; continentem orationem audire malo.*

Quid, si te rogavero aliquid? nonne respondebis?

Superbum id quidem est, sed, nisi quid necesse erit, malo non roges.

Geram tibi morem et ea quae vis, ut potero, explicabo, nec tamen quasi Pythius Apollo, certa ut sint et fixa, quae dixerō, sed ut homunculus unus e multis probabilis coniectura sequens. Ultra enim quo progrediar, quam ut veri similia videam, non habeo; certa dicent i, qui et percipi ea posse dicunt et se sapientis esse profitentur.

[17] *Tu, ut videtur; nos ad audiendum parati sumus.*

Nat. deor. 3, 4: «Quare Balbe tibi permitto, responderene mihi malis de singulis rebus quaerenti ex te ea quae parum accepi an universam audire orationem meam». Tum Balbus: «Ego vero, si quid explanari tibi voles, respondere malo, sin me interrogare non tam intellegendi causa quam refellendi, utrum voles faciam, vel ad singula quae requires statim respondebo vel cum peroraris ad omnia».

Nat. deor. 3, 7: rudem me et integrum discipulum accipe et ea quae requiro doce.

Nat. deor. 3, 19: Tum Balbus: «Equidem attulisse rationes mihi videor, sed eas tu ita refellis, ut, cum me interrogaturus esse videare et ego me ad respondendum compararim, repente avertas orationem nec des respondendi locum».

Nat. deor. 3, 95: Tum Cotta: «Ego vero et opto redargui me Balbe, et ea quae disputavi disserere malui quam iudicare, et facile me a te vinci posse certo scio».

14. *Att. 14, 22, 1: meus vero discipulus qui hodie apud me cenat;*

15. *Att. 14, 11, 2: Hic mecum Balbus, Hirtius, Pansa. Modo venit Octavius, et quidem in proximam villam Philippi, mihi totus deditus.*